







1
39
40
41
42
43
44
45
46
47



1668

- 39 a, b, c. Schroeter, Ernestus Fredericus: De charta blanca.
3 Sept 1668 & 1737.
40. Schroeterus, Ernestus Fredericus: De successione
ab intestato
41. Schroeter, Ernestus Fredericus: De juribus militum
singularibus.
42. Schroeter, Ernestus Fredericus: De conditionibus rerum
fundalium.
43. Schwimmer, Johann Michael: Perip. Distinctione
in rectam et corruptam.
- 44 et Simon, Johann Georgius: Odium. 2 Sept. 1668 &
1680.
45. Strauchius, Johannes, Jur. Ord. decanus: adlectionem
inauguralem Johannis Christophori Heintschii invitat. -
46. Strauchius, Johannes: De jure sepulturae
47. Strauchius, Johannes: De obligatione civitatis ex
contractu nuptiarum.

1668

juramento calumniae
48^a: Strauchius, Johannes: De obligatione civilis ex contractu
matrimonii. 2 Sumpt. 1668. - 1737.

49. Strauchius, Johannes: De protestationibus.

50. Strauchius, Johannes: Jus Fenebrarum.

51. Tillemannus, Burckhardus Henricus: De impedimentis
matrimonii

52. Tillemannus, ^{Burckhardus} Henricus: De regis Romanorum Electione
extraordinaria

53. Treiberus, Johannes Fidericus: De aggravatione
delictorum.

54. Voigt, Johannes: De justitia particulari

55. Winckheim, Statius Harbordus, von: De revocatione
fundi.

56. Winckheim, Statius Harbordus, von: De Fidei.

hact

i

elom

u

l



P. 494



764

I. N. 7.
MORALIS DISSERTATIO

XVIII.
M. 7
1668, 43

De
Reip. distinctione

in
rectam & corruptam,

quam
ex SUPERIORUM indultu,

PRAESIDE

M. JOHANN-MICHAELE Schwimmer/

Alumno Rudolphipoli-Schwarzburgico,

submittit

publicae συμφορολογίας commilitonum
censurae

GEORGIUS IMMANUEL Heßling/

Catharinauensis Altenburgicus,

die Julii

Anni 2150701as

MDCLXXIX.

Augustinus:

Maxima Imperia sine ordine justitiae quid aliud
sunt, quam magna latrocinia?

ATHENIS SALANIS

STANNO WERTHERIANO.



MORALIS DISSERTATIO

Reip. distinctione

regiam & corruptam

ex superiorum indolis

R. R. R. R. R.

M. JOHANNIS MICHAELIS GERMANNI

Alamo Rudolpho

publice

Georgius

Castellanus

cl. J. J. J.

Maxima Imperis hinc ordine justitiae quid aliud

hinc quae sunt

STANNO WERTHERIANO





CAPUT I,
quid Respublica sit, breviter ex-
pendens.

Theorema I.
Respublica est ordo civitatis.

§. 1.



Non videtur nobis opus esse, integram Ari-
stotelis definitionem (α) pluribus hic dare de-
claratam, cum solius conceptus contrahibilis
sive generis (β) [ut sic vocat Soncinas] enuclea-
tio nostrum adjuvare satis possit institutum.

§. 2. Exprimitur autem ille conceptus
contrahibilis voce ORDO. Ordo cum sit di-

positio terminorum secundum prius & posterius, videbimus
paucis, qualis partium habitudo intuitu definiti veniat nobis at-
tendenda. Talia enim sunt praedicata, qualia permittuntur à
suis subjectis esse (γ): Jam vero subjectum h. l. sive definitum ens
practicum esse, nemo facile dubitabit, dum in singulis pro-
pmodum libb. politicorum capitibus Stagiritae observabit, pro-
pterea illud temerè quisquam pluribus inculcabit (δ), Videan-
tur tamen Daniel Berkringerus, Longe Famigeratissimus noster
WEIGELIUS, & Gebb. Theodorus Meier Anal. Polit. Arist.

§. 3. Porro in practicis s. moralibus potissima ratio habe-
tur finis; Finis vero ibi non est alius, quam publica honestas
juxta Henn. Arnif. (ε) vel civilis felicitas, ut vocat Philosophus (ζ)

A 2

dum larū cap.

(δ) vid. Dan. Berkring. Instit. Eth. lib. 1. c. 1. §. 2. p. 4. & ib. c. 2. XIII. R. 1.
§. un. p. 6. c. III. §. 4. p. 7. e. IV. §. 1. p. 9. Et noster Weigel. Anal. p. m. 120.
Arist. ex Euclid. rest. sect. III. p. 216. 217. seqq. it. Meier in lib. III.
c. V. p. m. 238. (ε) Doctrin. polit. lib. 1. c. 2. (ζ) 1. pol. 1. III.
pol. c. IX. II. X. Eth. c. XII.

α) III. pol.
c. 4. alias
c. VI. &
III. de Rep.
c. 1. it. IV.
ibid. c. 1.

β) lib. IV.
Metaph.
q. 5.

γ) Stabl.
part. II.
disp. xxii.
Reg. IX. §.
III. p. m.
570. &

Gotfried.
Zapf. par.
te 1. Regu-
dum larū cap.

n) III. pol. dum est finis praestantissimus, qualem non poterat non intende-
17. re societas civilis, si sit quidem status naturalis five κατὰ φύσιν i. e.

θ) III. pol. secundum naturam (η), qui intendat δικαιοσύνη & id, quod est simpli-
IV. ceter optimum, scilicet Summum Bonum (θ).

i) *Averr.* §. 4. Fine jam laudato decenter ponderato res de ORDINE
v. *metaph.* fuerit in proclivi, cum civitatis ordo talis debeat esse, quo ille
t. 15. & poterat obtineri. At enim vero illud summum, ad quod omnis
Gebb. Tb. ordo (ι), & proinde etiam praesens, referri debet, & à quo ce-
Meier in terra, in finem debitum tendentia, dependent, aliud vix ac ne vix
III. *pol. c.* fuerit, quam quod recta ratio dicitaverit, illud scilicet, quod in
V. *Aristo.* genere bonorum humanorum est simpliciter optimum & quod
telis p. m. vocamus virtutem, eamque κατὰ ἐξοχήν talem, prudentiam civi-
238. lem, qua de videas velim *Excell. Thomae sum* (κ).

κ) *Tab.* §. 5. Quam propter Respublica erit dignitatis ordo, fun-
XLI. subdatus in virtute, tanquam termino summo, prudentiae & iustitiae,
n. 1. *. 2. ceu docuere dudum magni viri (λ), nec alium potuit innuere
Phil. praef. Philosophus noster, quippe pro fine ultimo subinde civitatis bo-
λ) *videtis* num inculcans summum (μ).

Barthol. §. 6. Qualiter quaeso illud obtineret, nisi recta ratio or-
Kekerm. dinem talem suaderet, quo in Summus quaelibet ex prudentia di-
praecogn. rigeret? nisi [*pro statu naturali, i. e. rationi sanae* (ν) *consentaneo,*
polit. syst. quidem] ἀρχὴν τοῦ φρονήσεως δεσπῆν propria esset, ut clare docet
p. m. 7. & Philosophorum caput (ξ)?

26. *August.* §. 7. Hinc si omnem hominem *Tullius* (ο) agnovit ad duo
IV. *de C.* natum, ad contemplandum & agendum, i. e. uti subtiliter & uti-
D. liter id, pro more suo, interpretatur profunde *Doctus WEIGE-*
μ) *pol. i.* LIUS, Magnus Promotor noster (π), intellectui comparet (res
III. *pol. ix.* factas speculando & exinde CREATOREM cognoscendo) recti-
(aliis c. vi) tudinem intuitivam (ρ), voluntati vero rectitudinem volitivam,
II. *Et b.* (σ) agendo, i. e. formas morales in res contingentes introducen-
12. do, conciliet, ut voluntas, sit sanctitatis, bonitatis & iustitiae di-

υ) *Tho* vineae, decretorumq; intentione pientissimā cultrix, admitatrix, &
mas. Tab. in vita civili, quotiescunque occasio ferat, & quousque fieri
XXXIX. possit,

sub. n. IV. ξ) III. *pol. c. III.* (aliis c. IV.) (ο) *lib. II. de Finib.* (π) *Anal.*
*. 1. *Arist. & Eucl. rest. sect. III. c. VII. p. m. 213. seqq.* (ρ) *c. l. S. 1. 2.*
3. 4. *p. m. 213.* (σ) *c. l. S. 4. p. m. 215.*

possit, sincero corde exequatur; quanto magis ille ad agendum fuerit natus, qui Regentis loco constitutus?

§. 8. Quanto certe magis ille ad hoc fuerit natus, qui in civitatis ordine primo loco collocatus, ut justitiae & bonitatis principia suscitet & suos inferiores ad ea exequenda dirigat. Et ideo Summus Coelorum & terrarum DOMINUS voluit, in terris dari Rempublicam, ut (τ) nos res practicabiles, Superioris (τ) *vid. por-* [Superiorum] directione debitâ adjuti, [quia nuspiâ sunt decisae, *ro cit. l. 5.* quae Divinum Numen in natura ab aeterno praeconstituit & 5. p. 215. menti nostrae, velut digito suo characteribus clarissimis in- *ubi sic ele-* scripsit, justitiae & bonitatis principia, suae sanctitatis τὰ μὴ γαντissime *pergit.* *εἶτα,*] velut ex nobismet ipsis suscitemus, & hinc ex iis tanquam primis causis, adhibitis insuper anthropologiae decretis naturalibus, singulare quoddam Philosophiae genus de rebus homini practicabilibus i. e. actionibus humanis sit constitutum.

§. 9. Hinc natura componens, licet auspicietur ordine agendi (υ) à societate, omnium simplicissima, quae nuptialis est, do- *υ) vid.* nec deveniat generando ad societatem perfectissimam, quae ci- *sic loq.* vitas dicitur, tamen omnium primo intendit hanc ipsam ordine *Brasch. de* ad agendum, ut loquitur *Braschius* (φ) & ut docet *Philosophus*, *bono civis* (χ) non alio certe scopo, quam ut obtineat rectitudinem voliti- *S. X. p. m.* vam, si homines gubernentur à Superiore, (Superioribus) secun- *12.* dum rectam rationem & per Rempublicam in terris rectè consti- *φ) c. l. ib.* tutam, ubi Imperantes ceterorum promoveant felicitatem. *χ) 1. pol. c.*

§. 10. Inde nec illud est obscurum, quando *Stagirita* (ψ) *2. a. med.* principes vult esse populorum PATRES, & credant se populo esse *ψ) 119. Ni-* datos, qui ejusdem usibus subserviant & eundem in sinu suo fo- *com. c. XII.* veant, uti bene *Lipsius* (ω) loquitur, qui ipsum primario amore *ω) prae-* amicitiae ament, non concupiscentiae. *fat. in*

§. 11. Inde & illud est, sanè dictum probe! quod habet *libb. polit.* *Barth. Kekermannus* (α), quod respublica non sit quoddam col- *p. m. 8.* lectivum fortuitum & temerarium, sicut acervus tritici aut acer- *α) praeco-* vus lapidum aut ruderum, sed sit collectivum ordinatum, ordi- *gniz. syst.* natumque ad felicitatem, adeoque societas certo ordine collecta. *polit. p.* *Dicit. c. l.:* ORDINE; & pergit: *non tali, qualis est inter nu. m. 7. 8.* *merum & numerum, perinde ac si domus ordine collocatae constitue-* *rent*

vent statim Rempublicam; sed intelligitur ORDO PRUDEN-
TIAE, JUSTITIAE, ET ALIARUM VIRTUTUM, sine quo
multitudo domorum, ut ut affabrè & concinne disposita quoad
locum & numerum, non est politia, sed barbaries & confusio,
Reipublicae opposita. Nam & latrones, pergit eleganter c. l.

b) pag. m. (b) possunt habere multitudinem domorum ac familiarum, cer-
g. & Cic. to numero ac ordine aedium dispositam, sicut est in Tartariae
paradox. nonnullis locis, ubi quidem est multitudo domorum, sed nulla
p. m. 280. propterea politia.

vid. Just. §. 12. Quae omnia certe ad Philosophi mentem & totius
Lipsii lib. Philosophiae practicae naturam quadrant apprime, qua in res in-
polit. pas ventae potissimum suam essentiam debent fini, ut Politicorum
sim. politissimus, HERM. CONRINGIUS habet (c), & ubi, docente

c) in, de ci. B. nostro PAULO SLEVOGTIO (d), circumstantia finis est cir-
vil. prud. cumstantia substantialis & essentialis; imò ex quo omnia ve-
lib. uno c. niunt dijudicanda in practicis seu moralibus, plus vice simplici
IX. p. m. per omnia confirmante Excellentissimo & jam tum longe Famigera-
198. tissimo nostro GEORGIO GOETZIO, h. t. DECANO spectabili,

d) disput. (e) Promotore nostro Maximo.

pract. VII. §. 13. Quo ex capite recte & optime etiam Tullius, (f) Phi-
§. XIX. & losophiae practicae olim scriptor facile princeps, loquitur sic ele-
XIX. p. m. ganter: Respublica est res populi; populus autem non est omnis
744. coetus multitudinis, sed coetus, juris consensu & utilitatis communi-
e) in pro- ne consociatus. Quod propter Rempublicam vel civitatem ne-
lect. polit. gat esse civitatem, si non dicat talem ordinem, sed vocat latro-
publ. & cinium (g). Inde ponimus
privat.

f) lib. III. Theor. II.
de Rep. Respublica nativo significatu suo non nisi statum
vid. etiam notat naturalem,

Augustin. §. 14. Dicimus: (1.) nativo suo significatu. Hic digitum
lib. II. de intendimus ad statum duplicem, quo Respublica capi solita, sci-
C. D. c. 21. licet ad naturalem & praeter naturalem (b).

Berkring. §. 15.
lib. I. c. III. (g) vid. plurib. Cic. in paradox. p. m. 280. 281. 282. August. IV.

§. 2. p. m. 9. de C. D. (b) Jac. Thomaf. Tab. XXXIII. phil. pract. Arist. I.
Inst. polit. pol. c. V. a. m. & i. pol. c. III.

§. 15. *Naturalis status est, quem dicitur natura rationalis*
i. e. recta ratio & qui fini obtinendo, summo scilicet bono (i) est i) III. pol.
conformis, adeoque talis, ubi Majestas suis actibus id intendit, c. IX. IIX.
ut civitas honeste vivat & sic beatitudinis civilis particeps fiat, Etb. c. XII.
qua ratione bonitas & rectitudo de essentia Reipublicae (quippe k) vid. Pic-
entis moralis) statuatur (k) esse. Oportet naturae vim, inquit cart. in
Politicorum CORYPHAEUS (l) spectare in iis, quae naturae con- comment.
veniunt, non in corruptis & depravatis, sed in bene affectis. Nam ad polit.
vicioforum, pergit ibidem, & male affectorum saepe numero videtur Aristot. p.
corpus animo praeesse atque imperare, propterea, quod male & prae m. 384.
ter naturam sunt affecti. 387. 389.

§. 16. Inde etiam liquet, statum reipublicae praeternatura- it, in eosd.
lem esse eum, qui rationi rectae non sit consentaneus, nec ideo explet libb. polit.
hominis appetitum naturalem, sed potius eum cruciat, dum finem Scherb. p.
debitum, in quo appetitus hominis desiderat sibi complacere, im- m. 125. it.
pedit, quo minus eum obrineat (m). Philoso-

§. 17. Vel circumloquuntur alii hanc duplicem Reipubli- phia Ab-
cae acceptionem ita, ut dicant, *Rempublicam spectari* (1.) secun- torphina
dum essentiam. (2.) secundum existentiam (n); ubi ratione essen- p. m. 308.
tiae Rempublicam spectatam dicunt non nisi esse bonam & re- 309.
ctam; & recte. l) lib. I.

§. 18. Dicis: (II.) *Non nisi statum notat naturalem.* Nam pol. c. V.
quin alias secundum existentiam spectata, possit quoque respubli- a. m.
ca praeternaturalis dici Respublica, nulli dubitamus cum Gebh. m) vid.
Theod. Meier (o); verum sic non hic spectamus eam. IIX. Etb.

§. 19. *Verbo:* Respublica non potest ex mente Philolophi c. XII. it.
& natura totius Philosophiae practicae proprie denotare alium n) vid.
ordinem, quam qui sit dignitatis, ubi pars prior & prima i. e. Im- Jac. Tho-
perans, sit superior ratione virtutis & hac mediante cives ducat mas. Tab.
ad finem, à natura jam tum in societatibus simplicibus intentum, XXXIII.
ceu pluribus egregiè, pro more, quidem suo, publicè id dedit Philos. pr.
edoctum ad ipsius Philosophi ductum, (p) *Celeberrimus noster,* o) Ana-
supra citatus, GOETZIUS (q). lys. polit.

§. 20. Quem finem debitum ipsâ voce ORDO esse ex- Arist. in
pressum, ad mentem Philolophi ostendit IDEM (r) abunde. lib. III. c.

§. 21. IV. p. 100.
(p) III. pol. IX. I. pol. I. (q) in praelectionibus publicis. (r) ibid. 237.
conf. Kekerm. praecog. pol. p. 7. 8.

§. 21. Quibus stantibus omnis respublica proprie dicta
 erit naturalis & rectus status, ubi Imperans pro scopo habeat ci-
 vium vitam beatam, sitque velut fidelis pastor gregis. Id quod
 utrumque videmus clarè olim docuisse *Romanorum Oratorem*,
 s) lib. V. sic de re hac (s) differentem: *Moderatori reipublicae beata ci-
 de Republ. vium vita sit proposita, & ut haec ipsorum vita opibus firma, copiis
 locuples, virtuteque sit honesta.* Ubi laudatus TULLIUS compre-
 hendit utrumque civitatis finem, primarium nempe vitam bea-
 tam expresse, secundarium vel subordinatum nempe sufficien-
 tiam implicitè, verbis posterioribus. Hinc est, quod ille apud
 t) Hom. *Graecorum Poetam* (t) principem vocat ποιμήνα λαῶν i. e. pasto-
 liad. xix. rem populorum; significans, verum principem pastoris fidelis ob-
 servare morem, qui in id impendat curam, ut gregem suum, po-
 pulum puta, videat felicem. Quo cum non minus vere, quam
 u) lib. III. scite conspirat *Xenophon* (u), sic loquens: καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς
 in Memo- αἰρεῖται, ἔχ' ἵνα ἑαυτὸς καλῶς ὀπιμελεῖται, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ ἐλό-
 rabil. So- μῆροι ἀγὰ τῶτον ὁ περὶ τῆσιν: Nam Rex eligitur, [habet latinè
 smat. & haec sententia] non ut sese molliter curet, sed ut per ipsum ii, qui ele-
 Arist. IIX. gerant, benè beateq. agant. Inde prudenter etiam prudens *Seneca*
 pol. c. X. ad suum principem (x) dicere solitus: *Cogita, non Rempublicam*
 x) de cle- tuam esse, sed te *Reipublicas*. Quòd praeclare monitum ille quo-
 mentia. que instillat. *Poëta* (y):

y) Claud. Tu civem Patremque geras, tu consule cunctis,
 ad Honor. non tibi: nec tua te moveant, sed publica damna.

z) lib. II. citante *Iusto Lipsio* (z).

polis. sci-
 vil. Do-
 Arinae c.
 VI. p. m.
 95. 96.

CAPUT II, quid Respubl. corrupta sit ex- ponens.

Theorema. I.

Resp. corrupta propr. non est Respublica,

§. 22. Respublica dicitur corrupta à principio suo, quod
 est corrupta Imperantis ratio, habetque ideo vox Respublica per
 rō corrupta ἀπερδιουσιμὸν abalienantem vim & naturam ipsius
 Reipublicae. Neque enim vocula RECTA, cum Respublica
 dici-

dicitur esse recta vel corrupta, alio capienda est sensu, quam quod *α) vid. iix.*
solum sit exegerica, vel ipsam indolem reipublicae explanet. Vel, *Eth. c. xii.*
si mavis, RECTA dicitur respublica, quod illud medium, quod *Arist. Dn.*
recta ratio suadet observandum, observet; & corrupta dicitur, *Meter in*
quod medium rationis transgrediatur, & ideo vitii moralis na- *III. lib. pol.*
turam (*α*), imitetur. *c. ix. Arist.*

§. 23. Supponitur autem nimis immature ab its, qui Remp. *p. m. 237.*
distinguunt in rectam & corruptam tanquam genus in species, *β) Coll. po^b*
quasi Respublica abstrahat à bono & malo, (*β*), uti tamen pene *lit. Tab.*
multi, cum potius ne commune *α) εἰς ἢ ἄφ' ἐνός* quidem vi- *V. de Rep.*
deatur esse, ut alii. vel hi ipsi volunt, qui indifferentiam ejus ur- *n. VI. &*
gent, (*γ*) sed ita habet vox respublica, ut capite praecedente di- *VII. & po-*
ctum, ut ne corruptae quidem ratione rei quicquam communicet *lit. Suc-*
& haec praeter nomen nihil habeat, quemadmodum etiam men- *cinē. lib.*
tem mutavit suam noster SLEVOGTIUS, legem injustam aequi- *II. c. VI. §.*
voce solum sic dici docens (*δ*), qualiter homo pictus homo sit di- *28. p. m.*
cendus, par tamen ipsi fuit ratio Reipublicae atque legis (***). *172. Sle-*

§. 24. Non itaque, observatâ philosophiae moralis *vogi. di-*
natura, sententia isthaec videtur toleranda, qua statuitur, Rem- *spat. pract.*
publicam abstrahere à bono & malo, ut ex genuinis *Philosophi*
principiis practicis deduxit solidè, noster MORALIUM, supra *X. §. IX.*
laudatus, PROFESSOR hujus splendidae Salanae (*ε*) cum res- *seqq. p. m.*
publica corrupta sit SPUMA Reip. & Reipublicae transgressio, ut *803. Con-*
habent ipsissima *Stagiritae* verba (*ζ*) *ring. Disp.*

Theor. II.

Resp. Corrupta est cadaver Reipublicae.

§. 25. Certè non modo eleganter sed & rei maximè con- *γ) Slevoge*
venienter quadrat hoc in rempublicam corruptam. Quem enim *disp. pr. X.*
ad modum cadaver hominis dicitur de homine, ita, ut cadaver *§. IIX. p.*
praeter externam corporis formam de homine nihil habeat; ita *803. Con-*

B

vil. prud. c. II. p. 10. II. c. V. p. 67. 68. seq. Disput. de Rep. in com-
muni §. VII. (δ) Disp. pract. XI. §. IV. p. m. 818. () Id. disp. pr. X.*
§. XXIII. p. m. 809. (ε) GOEZIUS praelect. tam publ. quam
priv. & Job. Paul. Felw. dissert. de Rep. mixta §. 9. p. m. 423. (ζ)
lib. III. polit. c. VII. [aliis XI.] IIX. Nicom. c. XII. [aliis X.]

ring. Ci-

& respublica corrupta dicitur respublica, nec praeter nomen & praeter externam speciem de republica respublica corrupta quicquam habet. Sicut autem quaerenti de invento hominis cadaver *Cic. vere*, quid sit? respondetur, esse hominem, ideo quod *paradox.* cadaver illud non sit cadaver bovis vel ovis vel simiae: Sic *pag. 280.* quoque quaerenti: quid sit illa dispositio externa Imperatorum & parentium? Respondetur, esse Rempublicam: quicquam praeter quid sit, quod tantum nomen mereatur & ne analogicè quidem, sed prorsus aequivoce sic dicatur, quemadmodum & homo *syst. p. m. 7.* mortuus non nisi aequivoce homo nuncupatur. Si enim quaecumque secundum prius & posterius partium dispositio sufficit *August. II.* pro vera republica, quare latronum multitudo, ubi quis est summus, non est etiam respublica? (n) ut ostensum supra.

sig. lib. III. §. 26. Siquidem Respublica corrupta cadaver est, dum anima ipsi expiravit, anima scilicet ea, quae faciebat civitatem. *de Rep.* proprie dictam, quae est forma legitima (θ).

IV. polit. §. 27. Neque aliter res habet cum Republica, atque cum actione humana: Quae sicut non praescindit à fine debito, honestate vel turpitudine, sed ad hoc, ut actio humana proprie sit, essentialiter finis requirit honestatem, adeo, ut licet ceterae circumstantiae omnes adsint, absit tamen legitimus finis, actio haec vel illa à talismodi finis diversitate differret longissime & quidem specie (ι), id quod exemplo pharisaicae liberalitatis vel unice dispalesceret satis: Sic Rempublicam pariter habere dixerim, cum secundum rem nihil videatur esse aliud, quam actio humana complexa, constans ex dirigente [quae Majestatis & Magistratus est] & directa, [quae parentium est].

Conring. §. 28. Actionem autem illam, quae pro fine honestatem, & eam, quae pro fine vel gloriam propriam vel aliud quid, ut voluptatem vel commodum habet, essentialiter differre, ut dubitemus, non permittit Philosophiae natura civilis (κ).

x) vid. jam citata. §. 29. Hinc etiam spumam Philosophus vocat, & quod nisi nisi simulacrum sit reipublicae respublica corrupta (λ).

λ) *Arist. III. Eth. c. XII. (aliis, X.)*

Theor. III.

Resp. corrupta est transgressio Reipublicae.

§. 30.

§. 30. Cum Aristoteles dixisset, (μ) πολιτείας ἢ εἰσὶν εἶδη μ) loc. iā
regia, i. e. Politiae seu Reipublicae tres sunt species, videlicet, ut cit. § III.
se ibidem explicat, Regnum, Aristocratia & Politia, subjungit pol. cap.
Statim: ἴσῳ ἢ ἡγ) παρεκβάσεως i. e. totidem sunt quoque trans. VII. [aliis
gressiones, scil. tyrannidem oligarchiam corruptam & demoera- V.]
tiam corruptam nominans.

§. 31. Statim enim subjicit (ν): παρέμβασις ἢ βασιλείας ν)ικ. Et b.
μὲν τυραννίς, h. e. regni [tanquam speciei reipublicae] trans. c. XII. p. p.
gressio est Tyrannis.

§. 32. Quo autem quaeso sensu rempublicam corruptam,
quam ibi per transgressionem intelligit, vocat transgressionem?
Certe vix ac ne vix alio, quam quod aberret à rationis mediocri-
tate, sive ratione δικαίῃ i. e. justī, ut observat Gebb. Theod. Meier/
Professor Helmst. Publicus Clarissimus (ξ).

§. 33. Quod vero sic transgreditur rationis medium,
amittit virtutis nomen, ut ideo, si respublica recta fiat aberrans s.
corrupta, essentialiter fuerit mutata, uti habent Philosophia Alcor-
phina (ο), Piccartus (π) & Scherbius (ρ), necesse sit.

Theor. IV.

Resp. corrupta est aequivocè respublica.

§. 34. In terminis terminantibus docet Philosophus (σ)
quod ea, quae talia esse desierint, [loquitur palmariè de practiciis]
non jam sint forma & re eadem dicenda, sed homonyma, i. e. no-
minis communitate tantum similia. Quod quin apprime qua-
dret in rempublicam, non mihi persuadeo, posse me ullum dis-
suadere Tullium.

§. 35. Non itaque Respublica est indifferens quid ad boni-
tatem & malitiam, sed ex natura sua & ratione essentiae suae [ut
exigit indoles totius Philosophiae practicae & ceu finis praestan-
tissimus, quem desiderat consequi naturalis hominis appetitus,
beatitudo scilicet civilis, postulat, spectata, est determinata ad u-
num, dum finis talis obtineri nequit, nisi per essentiam respublica
[quam Christoph. Besoldus instrumentalem causam ad illum finem
obtinendum vocat (τ)] bona fuerit.

B 2

(τ) Synops. doctrinae polit. lib. I. c. 1. §. 12. p. m. 3.

§. 36. med.

ξ) Com-
ment. I. a.
nal. in lib.
III. pol.
cap. IV. p.
m. 237.
ο) p. m.
308. 309.
π) Com-
ment. in
polit. Ari-
stotelis p.
m. 384.
387. 389.
ρ) Com-
ment. in
lib. polit.
Arist. p. m.
125.
σ) lib. I.
pol. c. II.
paulò post
med.



u) lib. 1. de §. 36. Quae propter Rempublicam recte negat esse rempu-
Rep. cap. 1. blicam, Bodinus (v), nisi sit ratione moderata, nisi sit bona,
φ) lib. 1. ut habet Danaeus (φ), nisi sit iusta, ut loquitur Casus (χ), nisi
de Republ. sit ordo prudentiae & iustitiae, ut eloquuntur Augustinus (ψ)
cap. 2. & Kekermannus (ω).

3. §. 37. Ratio est etiam ex natura reipublicae in promptu,
χ) in pro- quam ex totius philosophiae moralis indole debemus dextre
legom. contemplari, cum respublica corrupta nequidem sit τὰ ζῆς;
Sphaer. [quam vocem sive reddas per ORDINATIONEM cum Lambino
Civit. (a) & Thoma (b) sive ORDINEM cum Cellario (c) Casu (d)
ψ) lib. IV. Piccolomin. (e) Sepulveda (f) Aretino (g) Conring. (h) Lipsio
de Civit. (i) Thomasio (k) Zapfio (l) Meier (m) Kekerm. (n) Felwing.
DEL. (o) Berkring. (p) aliisque, res eodem redibit,] Non enim est
ω) in pra- ordo talis, qualem definitum requirit, & qualis cap. 1. à nobis est
cogn. po- breviter declamatus, sed ordo calliditatis & versutiae.

lit. syst. p.
m. 7.

a) lib. III.

pol. c. 6.

b) III. pol.

c. 4.

c) Tab. V.

Polit. &

Polit. succ.

cinct. lib.

II. c. 1. §.

6. p. 87.

d) III. pol.

c. 4.

e) grad.

X. c. VII.

CAPUT III,

quomodo Resp. recta differat

à corrupta, disquirens.

Theorema unic.

Resp. recta differre videtur à corrupta essen-
tialiter.

§. 38. Durius hoc dictu videtur multis, dum in multorum
mentibus (q) isthaec haeret opinio firmiter, qua accidentaliter
solum censentur inter se differre. Verum nemini scripturi di-

cam

(f) IV. polit. c. 1.

(g) III. polit. c. 4.

(h) Diss. de civit. in comm.

(i) lib. II. civil. doct. c. 1. §. 1. p. 80.

(k) Tab. XLII. n. III. Phil. pract.

(l) Tab. VI. Philos.

(m) Anal.

lib. III. pol. c. V. p. m. 238.

(n) Praecog. syst. pol. p. 7.

(o) Dis-

fert. pol. de Aristocr. §. 4. f. p. m. 210.

(p) inst. pol. lib. I. c. III.

§. 2. p. m. 10.

(q) Slev. disp. pract. X. §. IX. p. m. 803. seq. &

Conring. disp. de civit. nov. §. XXXI. it. disp. de civit. in commu-

ni §. VII. Cell. polit. succ. lib. II. c. 1. §. 4. aliisque Arnif. Doctrina

polit. lib. I. c. VII. p. m. 193.

cam dicemus saltem, quid pro ingenii robore videatur dictu
tutius, cum etiam haec, quam defensum ibimus, sat solidis
nitatur rationibus, ut taceam, quam magnis pariter autori-
tatibus.

S. 39. Est à nobis dictum supra (r), rempublicam corru- r) S. 30. 31.
ptam vocari transgressionem ab Aristotele, nec sic aliter salutari, 32. 33.
quam quod induat naturam vitii; eo, quod adversetur rationis s) vid.
mediocritati, dum transgrediatur normam iusti (s). Meter in

S. 40. Rempublicam [quae species reipublicae est, i. e. III. pol. c.
quae recta & bona est, ut Philosophus videtur id innuere nobis, IV. p. m.
quando tres solum agnoscit Reip. species, talesque enumerans enar. 237.
tas rectas (t)] à transgressionem plurimum differre, verba volunt t) IX.
Philosophorum CORYPHAEI: παρέκβασις, dicentis (u), δὲ Eth. c. XII.
βασιλείας μὴ τυραννίς ἀμφὸς γὰρ μοναρχίας, ἀφ' ἑαυτῶν [aliis X.]
πλεῖστον, h. e. Transgressio autem regni est tyrannis: ambo enim, u) c. l. p.
unius imperio constant seu Monarchiae sunt; differunt autem
plurimum.

S. 41. Quid vero est, quod propter plurimum differunt?
Non sane est materia, cum civitas materialiter talis, qua talis
eodem prorsus possit se habere modo: nec sane est forma nu-
merica, seu imperantium numerus, cum ὁφθαλμοφανερῶς seu
ad oculum pateat, quod ubique, puta tam in regno, quam Ty-
rannide unus sit, qui imperet, quae propter etiam Philosophus ibi
dicit, quod utraque monarchia sit. Certe aliud, quod plu-
rimum Tyrannidem à regno faciat differre, vix ac ne vix fuerit,
quam quod forma moralis diversa sit; quod scilicet regnum sit
species reip. i. e. status naturalis & univocè republica; Tyrannis
vero reip. transgressio, status praeter naturalis (x) & republica x) lib. I.
sit aequivoce (y): quod regnum sit ordo legitimus, ordo scili- pol. c. V.
bet prudentiae & iustitiae, ordo dignitatis & virtutis, qualem a. m.
velit natura rationalis, qualem innuat tota doctrina civilis; Ty- y) juxta
rannis [quod etiam de aliis corruptis capias!] sit ordo callidi- ipss. ver-
tatis & versutiae, ordo illegitimus, ordo contra naturalis rationis ba Philo-
dictamen: Et proinde regnum [tanquam resp. verè & propr. talis, sopbi libi
quae species est reip.; quod etiam de Aristocratiis & politiis valet] I. polit. c.
sit instar virtutis observans mediocritatem rationis; Tyrannis II. p. m.
&

& quaelibet corrupta, sic instar vitii, transgredientis illud me-
dium rationis.

§. 42. Hinc habeto in praesens primum argumentum:

*Quaecunque differunt ut virtus & vitium, differunt essen-
tialiter.*

atqui resp. recta & corrupta sic differunt; E.

Majorem negabit nemo: *Minor* haecenus est probata, probatur
tamen ulterius, quia recta secundum rectae rationis dictamen est,
à quo etiam vocatur *recta*, quae vocula est determinatio intrin-
seca, seu exegetica & naturam reip. explanans, ubi imperans
habitu pollet agendi recte, & disponendi circa ea, quae sunt ge-
renda ab omnibus civibus, pro fine debito impetrando, Summo
nempe Bono, ut dictum supra, applicans rationem circumstantiis,
quid tali vel tali rerum facie ad sufficientiam & felicitatem civi-
lem possit facere, fideliter disponendo. Vitii indolem, probe
corruptam rempublicam imitari, dubito pluribus hic probare,
quippe quod probatum ante.

§. 43. Alterum hoc esto:

*Quoruncunque [in practicis] est diversus finis, eorum
differentia est essentialis: atqui reip. rectae & cor-
ruptae &c. E.*

Vel

*Si mavis, sic cape: quorum est diversa forma moralis, illae
differunt essentialiter; atqui reip. & corruptae &c. E.*

Minor cum sit evidens, probamus *majorem* ex circumstantiis in
moralibus essentialiter requisitis, quas inter palmaria est finis.

(z) Non licebit nobis hic esse prolixioribus propterea ad caput
ult. properamus.

CA.

(z) III. Nicom. c. i. Et. Slov. disp. pr. vii. §. xix. p. m. 744. Corr.
civil. prud. c. ix. p. 198. Scherb. in polit. Arist. p. m. 125. Philo-
soph. Alorf. p. m. 308. 309. Piccarti in comment. in libb. politic.
Arist. p. m. 384. 387. 389.

CAPUT IV,
qualis distinctio fit, perpendens.

Theor.

Resp. distingui videtur in rectam & corruptam
aequivoce.

§. 44. Sunt qui mitius procedunt (*) & remp. instar analogi in sua analogata hic distingui docent, quo ipso tamen jam tum univocam distinctionem, à multis adstructam, destruunt, quod primario resp. dicatur de recta, secundo de corrupta.

§. 45. Verum verbo! videtur resp. sic non aliter distingui, quam si distingueremus virtutem in habitum electivum in mediocritate consistentem: & in habitum electivum à mediocritate aberrantem; Quam divisionem cum nemo non diceret incongruam, eo, quod alterutrum membrum sub diviso prorsus non comprehenderetur, alterutrum sit ipsum divisum; ideo, cum praesens ejusdem sit farinae, facile fuerit de praesenti votum auferre, id quod in conflictu edocebimus uberrime, dum determinata charta solet hic prohibere.

§. 46. Habitum electivum à mediocritate aberrantem virtuti essentialiter contradistingui, propter virtuales contradictionem, cuique facile fuerit judicare.

§. 47. Ut homo pictus dicitur homo aequivoce; ut cadaver item hominis homo *ὀμνύμας*: sic resp. corrupta dicitur respublica (†). Jam terminus esto!

SIT DEO NOSTRO GLORIA!

ADDENDORUM DECAS.

- (I.) Virtus moralis consistit in mediocritate effective & subjective.
- (II.) Scientia videtur se habere ad actionem spontaneam ut causa sine qua non.
- (III.) Actio moralis, virtutis habitum subsequens, maxime libera est.
- (IV.) Principium actionis humanae est actio animae rationalis interna, quae causa est externae.

(V.) Vis

*) *Arist. doct. pol. lib. I. c. VII. Meier Anal. lib. III pol. c. IV. p. m. 238. seq. Conring. disp. de civit. in communi §. VII. Civil. prud. c. II. p. m. 10. II. c. V. p. 67. 68. seqq.*
(†) *Arist. lib. I. pol. c. 2. p. m. Slev. disp. pr. XI. §. IV. p. m. 818.*

- (V.) Vitium illud est altero deterius, quod à medio recedit magis.
- (VI.) Fortitudinem recte definiri hoc modo: Est habitus electivus servans mediocritatem circa metum & fiduciam, magis tamen circa metum; statuimus, & sufficienter ita definitam esse judicamus.
- (VII.) Justitiam universalem virtutes morales singulas habere pro partibus subjectivis, dubitamus.
- (VIII.) Honor est appetendus ut medium s. instrumentum plurium bonorum facinorum, non ut finis ultimus.
- (IX.) Prudentia est virtus moralis eminenter.
- (X.) Amicitia utilis est amicitiae indigna nomine, nec amicus utilis, quantus etiam sit, pro amico agnosci debet, nisi quatenus amore amicitiae amat.

Differis egregiè, quae sit Respublica recta,
 Et, quae sit contra prava vocanda, mones.
 Inde fluant Patriae, Patri, Tibi, suavis Amice,
 Atque Gregi Christi commoda multa, precor.
*Festinanti calamo paucis his Prae-Eximio Dn. Candidato.
 erudita hujus disputationis Resp. doctissimo. con-
 tubernali ac Amico meo honoratissimo gratulari
 volui, debui*

M. Philippus Amandus Horst.

Militi nullum datur ante pugnam
 Praemium. Quapropter, Amice chare,
 Antequam nomen accipias honoris,
 Praelia perfers.
 Gratulor doctum specimen: Supremus
 Annuat porrò studiis benignè,
 Prosperè cedant Tibi cuncta, corde
 Comprecor imò,

*Qua paucula rudi. quod dici amat, Minerva, votiva gmu-
 tulationis, & ὁλοφιλίας ergὸ πλερῶν καλὰ μὲν
 suo amicorum facile primicerio*

Johannes de Fletin, Med. Cult.



ULB Halle

3


005 132 681



1017







704

I. N. 7.
MORALIS DISSERTATIO
De
Reip. distinctione

XVIII.
M. 7
1668, 43

in
rectam & corruptam,
quam
ex SUPERIORUM indultu,
PRAESIDE
M. JOHANN-MICHAELE Schwimmer/
Alumno Rudolphipoli-Schwarzburgico,
submitis
publicae *συμφιλοσοφῶντων* commilitonum
censurae
GEORGIUS IMMANUEL Heßling/
Catharinauensis Altenburgicus,
die Julii
Anni *ῥηιστογορίας*
cdo lbc LXIIX.

2.

Augustinus:
Maxima Imperia sine ordine justitiae quid aliud
sunt, quam magna latrocinia?

ATHENIS SALANIS
STANNO WERTHERIANO.

